

Vergilije (15. listopada 70. -- 21. rujna 19. pr. Kr.)

P. Vergilius Maro Andibus, uico Mantuano, Idibus Octobr. anni ab U. C. 684. siue 70. a. Chr. n. (M. Licinio Crasso et Cn. Pompeio Magno Coss.) natus est. Anno aetatis XVI, toga uirili sumpta, Mediolanum et paulo post Neapolin se contulit ut liberaliore institutione frueretur, ibique a Parthenio grammatico in Graecis potissimum litteris eruditus est. Anno circiter 707. (s. 47. a. Chr. n.) Romam migravit, ubi a Syrone, philosopho Epicureo, philosophiam edoctus est.

Argumentum omnium operum Virgilii.

Pastorum Musam vario certamine promit,	(42-39 a. Chr. n.)
Ruris item docilis culturam carmine monstrat.	(37-30 a. Chr. n.)
Arboribus vitem, prolem quoque jungit olivae,	
Pastorumque Palen, et curam tradit equorum.	
Tunc apium seriem, et quae mellis dona, recenset.	
Aeneas intrat profugus Carthaginis oras.	(26-19 a. Chr. n.)
Convivis series narratur Troica belli.	
Tertius at compleat narrantis in ordine gesta.	
Ardet amans Dido, fatum sortita supremum.	
Quintus habet varia tumuli spectacula patris.	
Infernus Ditis Manes, et regna pererrat.	
In Latium Aeneas, Italas simul intrat in oras.	
Intonat hinc bellum tecti de culmine Turnus.	
Euryalum, et Nisum deflet cum matre juventus.	
Mezenti interitus canitur, post funera Lausi.	
Ultaque dehinc fertur telo mactata Camilla.	
Turni vita fugit infernas maesta sub umbras.	

Imprimis autem inclaruit X illis carminibus bucolicis siue Eclogis quas a C. Asinio Polione excitatus, in cuius familiaritatem a. 711. exente uenisce uidetur, inde ab a. 712. usque ad a. 716. inter medios tumultus bellicos a M. Antonio, C. Caesare Octauiano et M. Lepido motos, quibus tota Italia imprimisque ipsa poetae patria, Gallia Cisalpina, misere uexabatur, ad Theocriti potissimum exemplum partim Andibus, partim Romae conscripsit, non eo tamen ordine, quo postea in unum coniunctae edebantur.

Verg. ecl. 1

MELIBOEVS TITYRVS

{M.} Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi
siluestrem tenui Musam meditaris auena;
nos patriae finis et dulcia linquimus arua.
nos patriam fugimus; tu, Tityre, lensus in umbra
formosam resonare doces Amaryllida siluas.

A. 716. Bucolicis carminibus ualedixit et statim ad Georgica canenda transiit, hoc est ad argumentum, quod primus inter poetas Romanos tractauit, et in quo Hesiodi potissimum exemplum secutus est.

Georgica (37--29--26)

Modeli: Nikandar: Γεωργικά; Arat; Lukrecije; Varon *De re rustica* (37, osamdesetogodišnjak)
Prooemion libri I (Verg. georg. 1, 1--5)

Quid faciat laetas segetes, quo sidere terram
uertere, Maecenas, ulmisque adiungere uitis
conueniat, quae cura boum, qui cultus habendo
sit pecori, apibus quanta experientia parcis,
hinc canere incipiam.

haud mollia iussa (georg. 3, 40--42)

interea Dryadum siluas saltusque sequamur
intactos, tua, Maecenas, haud mollia iussa:
te sine nil altum mens incohatur.

laudes Italiae (georg. 2, 136--76)

Sed neque Medorum siluae, ditissima terra,
nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus
laudibus Italiae certent, non Bactra neque Indi
totaque turiferis Panchaia pinguis harenis.
haec loca non tauri spirantes naribus ignem
inuertere satis immanis dentibus hydri,
nec galeis densisque uirum seges horruit hastis;
sed grauidae fruges et Bacchi Massicus umor
impleuere; tenent oleae armentaque laeta.
hinc bellator equus campo sese arduus infert,
hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus
uictima, saepe tuo perfusi flumine sacro,
Romanos ad templa deum duxere triumphos.
hic uer adsiduum atque alienis mensibus aestas:
bis grauidae pecudes, bis pomis utilis arbos.

Prooemion libri III (georg. 3, 1--16)

Te quoque, magna Pales, et te memorande canemus
pastor ab Amphryso, uos, siluae amnesque Lycaeui.
cetera, quae uacuas tenuissent carmine mentes,
omnia iam vulgata: quis aut Eurysthea durum
aut inlaudati nescit Busiridis aras?
cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos
Hippodameque umeroque Pelops insignis eburno,
acer equis? temptanda uia est, qua me quoque possim
tollere humo uictorque uirum uolitare per ora.
primus ego in patriam mecum, modo uita supersit,
Aonio rediens deducam uertice Musas;
primus Idumaeas referam tibi, Mantua, palmas,
et uiridi in campo templum de marmore ponam
propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius et tenera praetexit harundine ripas.
in medio mihi Caesar erit templumque tenebit...

georg. 4: laudes Galli - epiliji o Aristeju i Orfeju (cf. Katulova Arijadna, Ciris)

Aeneis (već 26--19)

Prop. 2, 34, 59--66

mi libet hesternis posito languere corollis,
quem tetigit iactu certus ad ossa deus;
Actia Vergilio custodis litora Phoebi,
Caesaris et fortis dicere posse rates,
qui nunc Aeneae Troiani suscitat arma
iactaque Lavinis moenia litoribus.
cedite, Romani scriptores, cedite, Grai!
nescio quid maius nascitur Iliade.



C.I.L. IV 7131

Aen. 1, 1--7

Arma uirumque cano, Troiae qui primus ab oris
Italiam fato profugus Lauiniaque uenit
litora, multum ille et terris iactatus et alto
ui superum, saeuae memorem Iunonis ob iram,
multa quoque et bello passus, dum conderet urbem
inferretque deos Latio; genus unde Latinum
Albanique patres atque altae moenia Romae.

Aen. 12, 932--952

"utere sorte tua. miseri te si qua parentis
tangere cura potest, oro (fuit et tibi talis
Anchises genitor) Dauni miserere senectae
et me, seu corpus spoliatum lumine mauis,
redde meis. uicisti et uictum tendere palmas
Ausonii uidere; tua est Lauinia coniunx,
ulterius ne tende odiis." stetit acer in armis
Aeneas uoluens oculos dextramque repressit;
et iam iamque magis cunctantem flectere sermo
cooperat, infelix umero cum apparuit alto
balteus et notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri, uictum quem uulnere Turnus
strauerat atque umeris inimicum insigne gerebat.
ille, oculis postquam saeui monimenta doloris
exuuiasque hausit, furiis accensus et ira
terribilis: "tune hinc spoliis induite meorum
eripiare mihi? Pallas te hoc uulnere, Pallas
immolat et poenam scelerato ex sanguine sumit."
hoc dicens ferrum aduerso sub pectore condit
feruidus; ast illi soluuntur frigore membra
uitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.